



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Catalogvs Omnivm Antistitu[m] Tungaroru[m],
Traiectensiu[m], ac Leodiorum, [et] rerum domi,
belliq[ue] gestaru[m] Compendium**

Placentius, Jean-Leo

Antverpiæ, 1529

Sextus decimus Antistes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30477

scripsit: cui titulū indidit Phrenesis malignāti po-
puli, & alterū Apologeticō, quod inscripsit in-
efficax. Conscripsit præterea de dominico corpo-
re & sanguine tractatū vnū, & alterū de præde-
stinatione, atq; sermones minime aspernandos.
Administrauit ecclesiā Leodinā annis tribus, se-
pultus Lobix. Floruit sub Agapito. 2. & Otton-
e primo.

¶ Quintus decimus Antistes

BAldricus huius nominis primus, fili⁹ Co-
mitis Mōtensis, adnitēte Raginerio auūcu-
lo suo, Hannoniēsi Comite, administrauit
ecclesiā annis .3. sepultus in collegio diui Lāberti
i5. Calēdas Octobris. Floruit sub Apostolico Ioo-
anne duodecimo, Imperante Ottone primo

¶ Sextus decimus Antistes.

ERaclius ducis Polēsis filius, e Saxonix du-
cis filia. Propositus Bonnē, in diuinis & se-
cularibus literis, ad prime erudit⁹, pōtificē

Vide huc egit āno salutis. 960. Qui scholas passim institui-
ius Anti in monasteriis ordinauit, ne monachi (vt hac tē-
stiris insti pestate videre est) in scitia et ocio defluerēt. Audi-
tutum toria vero quibus Grāmatica & dialectica doce-
rentur, in ciuitatibus interteneri mādauit, quib⁹
inuere cū de se aliquoties ingerēs, nō est cōfusus
alios docere, quē maiusculus ipse apud Coloniā
Agrippinā didicerat. Si quādo hac spe animati
decedebāt adulescētes, Epistolas suapte manu cō-

scriptas dabit, & cōmendabat regionibus, quas
studij sciebat optime affectas. Quare q̄ plurimi
docti euaserūt, & patriæ decori fuerunt. Ob hūc
vere Episcopale & summe Christianū affectum
factus est Ottoni a consilijs. Et Brunoni Coloni
ensi archiepiscopo amicus charissim⁹. Qui mor
bo (quē lupū vocant) egritudine pene incurabili
laborans. Turonū aduectus est, & eatenus cor
pusculi incolumitatē cōsequutus, quatenus diui
Martini ope implorata, Canonicū se eius Colle
gij inscribi curaret. post quæ Leodiū reuersus in
præcipitio mōtis, collegiū diui Martini fundauit
& triginta viros Canonicos ordinauit. Sed & an
no. 968. alterū absoluit quod olim diui Caprasij
monasteriū fuit. Nunc collegiū sancti Pauli or
dinatis viginti viris Canonicis. Monasteriū de
niq̄ diui Laurentij ædificare disponēs, sed mor
te præuentus cōsummare non potuit. R. utis autē
sancti Eremari corpus transtulit. Obijt anno ad
ministrationis. .i.2. sexto Calendas Nouēbris se
pultus in Collegio diui Martini. Floruit sub apo
stolicis viris Ioanne duodecimo, Leone octauo
Benedicto quinto & Ioanne tercio decimo. Im
perante Ottone primo. Claruit Eufelinus vir exi
mię sanctitatis, cui domin⁹ arcana plurima reue
lauit, & Guilielmus Equesauratus, qui parochi
am Leodiensem S. Mariæ Magdaleneꝝ cōstruxit

Collegiū
diui Mar
tini

Collegiū
diui Pauli
Monaste
riū diui
Laurētij